



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig
Salisburgi, 1693

7. De Institutionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

debeat in praxi, recentior stilius & usus Curia desuper consulendus erit.

Quod si Coadjutor perpetuus, seu cum futura successione non sit, aut Episcopus coadjuvandus ante datam coadjutoriam per mortem vel resignationem de beneficio & officio cesserit, expirat coadjutoria, & jurisdictione, ac administratio jure ordinario ad Capitulum devolvitur, neque enim Capitulum dabatur Coadjutor, neque jurisdictione Capitularis sede vacante in jure communi fundata per dationem Coadjutoris Episcopo facta adempta intelligitur, sicut nec alias res inter alios acta tertio nocere debet. *l. i. c. Res inter alios acta &c. De hac materia Coadjutoriarum videri etiam poterit Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 10.*

debeat in praxi, recentior stilius & usus Curia desuper consulendus erit.

Quod si Coadjutor perpetuus, seu cum futura successione non sit, aut Episcopus coadjuvandus ante datam coadjutoriam per mortem vel resignationem de beneficio & officio cesserit, expirat coadjutoria, & jurisdictione, ac administratio jure ordinario ad Capitulum devolvitur, neque enim Capitulum dabatur Coadjutor, neque jurisdictione Capitularis sede vacante in jure communi fundata per dationem Coadjutoris Episcopo facta adempta intelligitur, sicut nec alias res inter alios acta tertio nocere debet. *l. i. c. Res inter alios acta &c. De hac materia Coadjutoriarum videri etiam poterit Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 10.*

TITULUS VII. De Institutionibus.

SUMMARIA.

1. Institutio quid?
2. Presentatus ante institutionem occupans beneficium perdit jus suum.
3. Institutio ad quem pertinet?
4. Institutio alia quoad titulum, alia quoad possessionem.
5. Investitura in beneficiis sicut in feudis usitata; & quosplex?
6. Investitura ad quem spectat, & qualiter fiat?
7. Institutio auctoritabilis est datio cure animarum, omnibus Presbyteris necessaria.
8. Regulares pro cura animarum an approbandi ab Episcopo?
9. L. Barbarius, De Offic. Prætoris, habet etiam locum in spiritualibus.

Quamvis Institutionis vocabulo aliquando omnis omnino concessio beneficii, seu susceptio ad Ecclesiam intelligatur. *arg. c. 1. & s. h. i. c. 1. de Reg. Jur. in d. proprie tamen loquendo, institutio est concessio beneficii ad presentationem patroni facta.* Unde opponitur collationi.

RIF ni,

3^a, quæ est concessio beneficii omnino libera, quando nimirum collator pro suo arbitrio sine alterius præsentatione aliquem Clericum ad beneficium vacans assumit.

2^a Est porro hæc institutio omnibus præsentatis adeo necessaria, ut si præsentatus, qui jus tantum ad beneficium, non in beneficium habet, propria autoritate ante institutionem beneficium occupet, fructus colligat &c. hoc ipso jus ex præsentatione quaesitum amittat. *c. avaritia. §. de Elect. in 6. Garc. de Benef. p. 11. c. 12. n. 217.*

3^a Pertinet autem institutio regulariter ad Episcopum loci, in quo beneficium situm est, *c. 3. h. tit.* attamen ad inferiores Prælatos quandoque ex consuetudine, vel privilegio hanc potestatem etiam spectare posse probat textus *in c. 6. h. tit.* sed si his inter Episcopum & alium inferiorem super jure instituendi oriatur, onus probandi non ad Episcopum, sed adversarium ipsius pertinebit: quia Episcopus habet iudicatum intentionem in jure, ex quo institutio ad eum spectare præsumitur, nisi contrarium probetur, *d. c. 3. h. tit.*

4^a Institutio alia est, per quam titulus beneficii confertur, quando Episcopus præsentato literas confirmatorias impertitur; & alia, per quam ipsius beneficii actualis possessio datur, quæ etiam investitura vel missio in corporalem & actualem possessionem dicitur: neque enim quoad titulum institutus beneficii per possessionem propria autoritate sine licentia vel introductione superioris apprehendere debet, alias poenâ saltem arbitrariâ ab Episcopo puniendus teste Covar. *Variarum Resolut. lib. 3. c. 16. num. 7. & 8.* Imò sin tali possessionis apprehensione violentiâ uteretur, priorem possessorem expellendo, tunc etiam omne jus ex institutione quantum ipso facto perderet, per tex. & DD. *in cap. eum qui 18. de Præbendis in 6.*

Ritus investituræ varij pro diversis locorum in usu esse solent: alicubi investituræ faciendæ coram Episcopo vel Vicario, alicubi auctoritate Episcopi, alicubi auctoritate Capituli, alicubi auctoritate Consistorio ejus facit professionem fidei, alicubi auctoritate Capituli, alicubi auctoritate Concilium Tridentinum. *sess. 24. de reformatione. c. 12.* item & homagium Episcopo præstandæ, & fidelitatis præstandæ, deinde imponitur quantum adjunctis verbis investituræ, & cantibus.

Sed cum DD. in beneficiis sicut in rebus duplicem investituram distinguant: unam verbalem, quæ fit per eum traditione alicujus signi; & aliam actualem, quæ fit per actualem introductionem in possessionem beneficii, vel rei fidei, idem dicitur modus investiendi potestati bali investituræ accendendus videtur, quæ ex plurimum sententia non ipsam actualem possessionem, sed obligationem ad traditionem actualis possessionis summum licentiam propria auctoritatem occupandi inducit, ut dicitur in *us Clarus in §. feudum. quæst. 30.* propterea, ut verbaliter investituram actualem in possessionem beneficii inducat, quæ introductio de jure ad Archiepiscopum spectat, *c. ad hæc. 7. de Officio diaconi.* aliquando tamen etiam ad Episcopum, vel delegatum ab eo, *justitiam Episcopus. 28. de Præbendis in 6.* si tamen id habeat consuetudo, vel beneficium sit litigiosum, & ab alio occupatum, expelli oporteat. Covar. *dicitur 6. in 1. imò si hæc investitura realis nullam ceremoniam Ecclesiasticam habeat, & actualem introductionem in locum beneficii cum traditione clavium & juramentorum attinentium, cum sit merum beneficium laico committi posse docet Zaccaria *tit. n. 4.**

Aliibi verò in parochialibus saltem

his tota investitura verbalis & realis in ipso loco parochie simul & semel à Commisario Episcopi peragitur, atque in die festo, cum parochiani ad divina conveniunt, proponitur ipsis in Ecclesia novus parochus, qui eisdem publicè juramenta fidei & obedientie deponit, ac insignia parochialia accipit, quam investituram in spiritualibus vocant, eaque parochia investituram etiam in temporalibus tribuunt, deducendo eorum parochum in domum parochialem claves, redditus, & fructus parochiales ipsi assignando, quam traditionem temporariam in quibusdam locis Patroni, Advocati Ecclesiarum, & Domini Territoriorum pariter quoad Episcopum sibi arrogat, licet de jure communi patrono præsertim loco præter jus presentandi, & inspectionem in beneficio in ordine ad excessus Episcopo denuntiandos non sit aliqua jurisdictione, vel potestas in beneficiatum, beneficium, aut redditus beneficiales concessa, ut patet in Doctores in Tractatu Juris patronatus attestantur, & probat Concilium Trid. sess. 25. de Reform. c. 9. vers. patroni autem. cap. 2. de Judicis, quo igitur jure illi faciant ipsos defendendum relinquat.

Præterea apud DD. quædam institutio auctorizabilis dicitur, quæ nil est aliud, quam auctoritas sive jurisdictione concessa ad curam animarum exercendam; quæ institutione in parochialibus beneficiis omnem aliam institutionem præcedere debet. Etiam Concilium Trid. sess. 23. de Reform. c. 1. statuit in hæc verba: *quamvis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolventur potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illi videbitur esse necessarium,*

aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, Privilegijs & consuetudine quâcunque etiam immemorabili non obstantibus. Concordat ejusdem Concilii cap. 11. sess. 25. de Regularibus. & Bulla Gregorii XV. Inscrutabili. & Pii V. Romani Pontificis. 1533. & Urbani VIII. Cum sicut accepimus. Unde DD. in Summa dicunt, Sacerdotibus quidem in ordinatione dari claves Ecclesiæ ad ligandum & ligandum, exercitium vero istarum clavium, & jurisdictionem actualem conferri ab Episcopo. Imò potest successor Episcopus ab Antecessore suo approbatus pro majori conscientia suæ tranquillitate denuò ad examen & novam approbationem, si putarit necessarium, vocare, ut in dicta Bulla Pii V. §. 2. habetur.

Circa has constitutiones etiam notandum, quod non prohibetur quidem Regularibus, quin cum licentia sui Prælati etiam sine approbatione Episcopi valeant audire confessiones aliorum Regularium ejusdem monasterij, vel etiam diversi, non autem sæcularium etiam Sacerdotum, nisi illi sæculares sint verè de familia, & continui commensales Regularium, qui scilicet in ipso Monasterio quotidie aluntur Monasterij sumptibus, uti Congregatio Card. declaravit. Vetum in quibusdam Diocesis Prælati Episcopo inferiores ab antiquissimis temporibus ante & post Concilium Trid. Regulares ad parochias suis Monasterijs pleno jure incorporatas & confessionem sæcularium propriâ auctoritate sine approbatione Episcopi exposuerunt, allegantes pro se, tum quod in dicto c. 15. Trid. sess. 23. excipiantur Regulares, qui parochiale beneficium habent, ergo parochia habere & approbati esse, & parochia conferre atque approbare paria, conexa & correlativa videntur tum quod in c. 11. sess. 25. de Regular. excipiantur Abbates jurisdictione quasi Episcopi

palem exercentes. Jurisdictio autem quasi Episcopalis præter specialia privilegia certis Prælati competens, acquiratur etiam per incorporationem pleno jure, scilicet quoad spiritualia & temporalia. Gloss. in Clement. 1. in verbo proprii. de Rebus Ecclesiæ non aliendis. Chokier. de Jurisdictione ordinarij in exemptis. parte. 1. q. 9. n. 9. & parte. 4. q. 20. Et quod jurisdictio quasi Episcopalis, & in specie potestas approbandi confessarios præscriptio præteritum immemorialis temporis acquiratur, docet Panorm. in cap. cum non liceat. 12. de Præscript. n. 17. Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 183. & alleg. 127. n. 14. alleg. 129. n. 9. quibus tamen hodie Episcopi locorum vigore Constitutionum superius allegatarum contradicunt, & possent adhuc pro utraque parte multa dici, sed brevitate causa superfedemus, & majori judicio relinquimus.

9. Sed quid circa validitatem Sacramentorum censendum, quæ Regulares non approbati ab Episcopo prius administrarunt, antequam per sententiam legitimi Judicis ad petendam approbationem condemnati sunt? Pro validitate respondendum: nam posito etiam, approbationem Episcopi esse necessariam, quamdiu tamen bona fide, & cum titulo parochiali à Prælati, quibus jus conferendi parochiam competit, exponuntur, & communi hominum existimationi legitimi curati creduntur, à lege suppletur jurisdictio propter communem hominum utilitatem, qui non debent in re gravis momenti decipi, & locum habet, quod dicitur: *communis error jus facit.* quando defectus non est ex jure naturali vel divino, sed tantum ex humano positivo. ut in præfenti, arg. l. Barbarius. 3. de Offic. Prætoris. Joan. Sanch. in Selectis disp. 44. n. 3. Tannerus de Penitentia disp. 6. q. 9. dubio 3. sub. n. 53. Trulench. in praxi Resolut. Sacrament. lib. 4. c. 9. dubio 5. num. 13.

* * * * *

TITULUS VIII.

De Concessione Præbendarum, & Ecclesiæ non vacantis.

SUMMARIUM.

1. Præbenda non vacans non conferenda.
2. Beneficium quot modis vacare dicatur.
3. Beneficium de jure vacans, & ab alio petente impetrans debet facere hujus possessionem.
4. Beneficij vacatori promisso non valet.
5. Expectative gratiæ hodie per Consi. Tit. 1.

Generalis Regula hujus Tituli quod præbendam aut Ecclesiam vacantem alteri contere non licet, & collatio de facto attentata nulla & inane censeri debeat, cum nemini jus suum culpa sua, aut causa publica auferendum sit. *c. 1. hoc tit.*

Ad cujus rei intellectum sciendum est, beneficium triplici modo dici vacans, scilicet aliquando beneficium vacat *de facto* & *de jure*; quia nimirum *de facto* vacat, qui actualiter possideat, adest tamen beneficium, & jus ad beneficium habet, e. g. quando beneficiatus est vi deceptus, in jure metu adactus ad beneficium non nandum. Et hæc vacatio non sufficit, ut alteri beneficium conferri possit, quia pro tali beneficium non est vacans, quia in jure ad aliquem pertinet, licet is huc in possessione non sit.

II. Beneficium aliquando vacat *de jure tantum*, ut cum aliquis illud detinet injuste v. g. si accepit ex collatione illicita, jus conferendi non habuit: si ob hoc aut susceptionem secundi beneficii incompatibilis ipso jure privatus sit. Et hoc tantum sufficit, ut beneficium conferri, & mitti possit, ita tamen, ut Episcopus, qui quam novum beneficiatum in corpore possessionem introducat, prius ad vacandum